


Johann Huswedel

Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius, Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas ... puero Eliae Zachariae Smilovio, Mater vidua honestissima paratas cupit, Academiae cives ... invitat

Rostochi[j]: Kilius, 1639


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774758155>


Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.,
in
E. Z. S m i l o w.
Rostock. 1639.

14.





RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

125
JOHANNES HUS-
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

Quas

Scitissimo puero

ELIÆ ZACHARIÆ
SMILOVIO,

Mater vidua honestissima pa-
ratis cupit,

Academia Civica in Templum Jacobæum
hora media prima in viat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

RECTOR

Universitäts-Rector

JOHANNES HUS

WEDDELHUS Phil. Prof.

and Extraordinary

Quas

Sci. Div. Prof.

ELIA ZACHARIAE

SMILOVIO

Mater vidua honestissima pa-

trata copia

Rechnung über die Einnahme Jacobina

und Ausgaben im Jahre 1774



ROSTOCK

ROSTOCK

ROSTOCK

ROSTOCK



Uod Comicus dicit Amorem esse *Q*melle *Q* felle foecundissimum, qui dulce det gustu, amarum ad satieta-tem usq; oggerat : idem besterno in Evangelic, cum novis nuptis eveniret, Servator noster emenda vi, *Q* aquam doloris in munera latitiamq; meri convertit. Quis enim etiam pio *Q* placido in conjugio non experitur gustu sibi dari quod dulce sit, cum oggerantur identidem plena fellis *Q* absynthii pocula, qua etiam ἀπνευσί sint educenda nec sine lacrimis. Experta est hanc matrimonii sui fortunam pia *Q* honesta aliisq; virtutibus ornatissima femina ANNA HEVSELERIN annorum non multorum decursu, qua post maritum Virum Clariss anno 1638. post. KL. Septembr. magno cum luctu *Q* lacrimis clatum, hodie unicum filiolum sibi à patris obitu relictum solatiolum efferre cogitur. Natus est hic Rostochii Anno 1636. die 16. Septembr. inter horam octavam *Q* nonam vespertinam & vigesimo die Mensis ejusdem renatus ex aqua *Q* Spiritu Sancto spem sui praeiuit parentibus, quam liberi bene nati, bene educandi, bene instituendi, sano corpore, sana mente praediti, promittere *Q* prestare solent.

T 2

Pater


Pater enim Vir Clariss. & Experientissimus Dn.
CHRISTIANVS SMILOVIVS Philos,
& Med. D. amicus noster dum viveret, colendus,
nec à funere quidem obliuiscendus: & mater quam
diximus ANNA Heusclerinne / ut ipsi suis pa-
rente, ille quidem ELIAM SMILOVIVM
patrem civem hujus urbis integerrimum, virum
optimum. & matrem ANNAM Berchmans/
matronam atate & pietate praestantissimam; hac
vero patrem quidem ZACHARIAM Heu-
scler Pharmacopaeum industrium, & Grabovii, in
hoc ducatu Megapolit. civem primarium, matrem
vero CATHARINAM Timaus / hujus no-
stri Beatuli avos a viasq; exhilararant literarum,
virtutis, honestatis & pietatis studio: ita futurum
sperabant, ut hoc sui conjugij delictum sibi quoq;
pareret olim letitiam, & fructum honestis parenti-
bus debitum atq; expetendum. Sed pater quidem
prius decessit, quam ex filiolo, praeter indolis & in-
genii indicia, nec pauca, nec obscura, fructum posset
percipere: ac ne mater quidem potiori conditione
superstes marito fuit. Quid enim ea post mariti
luctuosum obitum ex hoc filiolo percepit, praeter sol-
licitudinem educandi, praeter curam & metum pe-
riculorum, quae hoc tempore quibusvis imminent,
praeter caetera viduis omnibus communia. Et illa
tamen omnia promptè suscepit, libenter sustinuit, fi-
deliter

deliter expedituit, utinam etiam felicitas fidelitati
respondisset! sed, proh dolor, non respondit, huma-
nitas loquendo. Cum enim scitissimus puellus, ma-
tris corculum ac delictum, vixisset annos duos &
sedecim septimanas, morbo graviore quam pro cor-
pusculi modo, & viribus, correptus, demisit caput, o-
culos clausit, animulam exhalavit ac redemptori
CHRISTO matris precibus & intercessione
commendavit. Gratuletur sibi mater pia, & nos
ei simul, quod filiolum sanguine Servatoris lotum,
& mundatum ex hoc impuro mundo sublatum, & in
caeli choreas astricas translatum sciat. Quidni
enim? qui ex eo genere sit, quod Servator noster in
complexum suam admittere & regno caelorum ad-
scribere dignatus est. Videmus matres quasdam
tacito gaudio perfundi, quoties vident filiolos suos
vel in ficto angelorum choro, & catu comico contu-
entur, candida veste indutos, ex rubro serico fascia
acu picta decussatim cinctos, caput corona siderali
& radiata ornatos, caesarie comia & circa caput
pendula, humeris involitante, sic enim libet Poetis
eos effingere atq; exornare. Rectè an secus id fiat,
nunc non contendo: id negare non possumus, si pia
matri divino beneficio contingat, quod puero Prophe-
ta contigit in castris ad Dothan, ut oculis corporis u-
surpare posset, quod animo omnes credimus, atq; ita
filiolum in Sanctorum angelorum sodalitio videret

exultantem, Deo laudes & hymnos canentem, in ve-
ste pura, agni immaculati sanguine mundatum, vita
caelestis corona ornatum, quid acturam putamus?
Fleret credo ac doleret, filium sua cura surreptum,
periculis exemptum, inter caelestes animas securum
& immortale ævum agere: imo non faceret: quin
DEO potius ex animo gratias ageret, quod filiolum
duplici beneficio affecisset, quem & periculi metu li-
berarum & vite aeterna letitia plenum esse, certo
cognitum & persuasum haberet. An verò tutum
est, & securitatis plenum, quod hoc tempore vivi-
mus? Desiit forte exarmata Bellona sanguineum
flagrum exercere, desiit se vire ὁ βροτοειρῆς, Μικρὸν Φόν
ταχιστὴν perniciēs mortalium, cadibus pollutus,
murorum oppugnator & everfor; Reducti sunt in
fundos & lares, unde fugati, ejecti, exturbati erant,
coloni; Tutus hos & equi rura perambulant. Nutrit
rura Ceres almaq; Faustitas pacatum volitant per
mare na vita, Culpari metuit fides certè Culpam
poena premit comes. Emendata est annona labes &
caritas, reductum cornu copia, correcti mores ado-
lescentum, non curis, non d' imno, non dedecore pa-
rentes afficiuntur, à perversis & inobedientibus li-
beris: adeoq; felicius nunc vivitur, quam si redeant
in aurum secula priscum. Optare quidem id licet po-
tiri optatis an liceat, Deus belli & pacis arbiter pro-
mus condus, dispensator supremus novit. Certū
nondum

nondum contigit his locis ea felicitas, ut pie defun-
ctos votis in vitam revocare, & huius felicitatis
compotes reddere, si possimus consultum quoque arbi-
tremur. Quare & huic puello sortem sua beatitu-
dinis non in videbimus, sua illi felicitate frui sinemus,
& matrem ejus desiderio plenissimam, ac luctu ad-
flictam erigere atque consolari uti pius est, ita Sancti
Spiritus presentem & efficacem allocutionem ei di-
vinitus inspirari precamur, qui Christiana eam pa-
tientia instruat, & hoc alterum vulnus, quo prius
illud, quod ex obitu mariti carissimi acceptum jam
consanescere videbatur, recruduit, ita medicetur, ut
solide & sine cicatrice coalescat, ac divina manu me-
dicinam factam appareat. Quam ad rem nos quo-
que, Cives Academici, operam & officium no-
strum conferre aequum est. Postulatur à nobis jure
merito, ut exsequias huius flosculi presentia nostra
frequentes ornemus: id à nobis fieri aequum est &
propter viduam, qua hoc à nobis postulat & propter
pater ante paucos menses defunctum maritum, & pro-
pter vos ipsos: Vidua cerè mestissima & propter
hunc recentem filioli, & priorem conjugis obitum con-
solationis indiget. Eam admittet, & doloris partem
non nullam deponet, si vos in partem venire fre-
quentes intelliget. Maritus defunctus, ordinis no-
stri decus & ornamentum imò & presidium fuit.
Erat enim insigni pietate, modestia, & eruditione
prædi-

præditus, literis præsertim Philosophicis, & ad rem na-
turalem ac Mathematicam pertinentibus insigniter
excultus, cujus opem si nostri ordinis quisquam ex-
peteret, nec eam petenti denegabat, nec maligne &
invide præbebat. Quidam gratitudinem vestram ex-
hibeatis filiolo, præsertim extremi officii, quam patri be-
nè merito debuistis. Propter vos ipsos quoq; æquum est,
ut in vitæ rationi nostræ pareatis, satisfaciatis enim con-
scientiæ postulanti, imo flagranti Christiana pietatis
& caritatis officium: Vobis ipsis ætatem & condi-
tionem vestram in animum revocabitis, & cogitabi-
tis juvenes quidem vos esse corpore vegeto, & viri-
bus integris sed mortali tamen sorte creatis. Floscu-
lus erat hic puellus, elegans, florulento nitore &
purpura ornatus, verum, ut apparuit, flosculus tamen.
Et vos florem ætatis vestræ florem esse, id est, facili
& levi ex causa, quæq; tempore diuturno haud in-
digeat, caducum, cogitate. Quæ cogitatio sanè vobis
non erit inutilis, nam & Phryxæ superbientium ac
ferocierum castigabit, & modestiæ excitanda
occasionem dabit, & alias pietati congruas medica-
tiones in corde sobriorum excitabit. Agere igitur
quod in rem quoq; vestram est. & incolumitatem
Provinciæ, Academiæ, Urbis Deo supplices
commendabitis P P. Rostochii sub sigillo
Rectoratus die 21. Januar 1639.





deliter expedivit, utinam etiam fe-
respondisset! sed, proh dolor, non res-
nitus loquendo. Cum enim scitissima
tris corculum ac deliciam, vixisset a
sedecim septimanas, morbo graviori
pusculi modo, & viribus, correptus, de-
culos clausit, animulam exhala vit
CHRISTO matris precibus &
commendavit. Gratuletur sibi ma-
ei simul, quod filiolum sanguine Ser-
& mundatum ex hoc impuro mundo s-
caeli choreas astricas translatum se-
enim? qui ex eo genere sit, quod Ser-
complexum suum admittere & regno
scribere dignatus est. Videmus mat-
tacito gaudio perfundi, quoties vide-
vel in ficto angelorum choro, & catu-
entur, candida veste indutos, ex rub-
acu picta decussatim cinctos, caput c-
& radiata ornatos, caesarie comia &
pendula, humeris involitante, sic em-
eos effingere atq; exornare. Rectè a-
nunc non contendo; id negare non po-
snatri divino beneficio contingat, quoa-
ta contigit in castris ad Dothan, ut occi-
surpare posset, quod animo omnes crea-
filiolum in Sanctorum angelorum sod-

I 3

